alia de terriſ· alia de mariſ & feminę generatione· &
uniuſ tamen hęc ēē naturę· diſſimilitudine que nunc
ſubſtantię non habere; Quid uero tam uniuſ naturę·
quā caro nr̄a· cū dominici corporiſ ueritate·; Diuerſiſ
tamen utraq· ducta cauſiſ orta ꝑprincipiiſ; Caro enī
dn̄i· ſp̄ū in uirgine ſuper ueniente generata· non ex
ſpectauit uiriliſ femineiq· coituſ ſollemne commer
ciū; Caro uero noſtra· niſi uiriliſ feminęq· ſexuſ·
genitalia ſulciſ naturalibuſ obducat ſemina· intra
uiſcera neſcit materna formari; Et tamen cū generati
oniſ fuerit cauſa diuerſa· carniſ tamen in xp̄o cū ho
minibuſ omnib; una natura ē; Partuſ enī uirginiſ·
non naturā mutauit· ſed generandi uſū nouauit;
Deniq· caro de carne nata ē; Habuit ergo de ſuo
uirgo qđ traderet; Non enī alienū dedit mater·
ſed ꝑpriū e uiſcerib· ſuiſ contulit· inuſitato modo·
ſed uſitato munere; Habuit igitur carnē uirgo·
quā naturę ſollemniſ iure tranſcripſit in fętum;
Eadem igitur ſecundū carnē generantiſ marię·
gentiq· natura· nec diſſimiliſ fratrib;· quia dicit
ſcriptura· ut ꝑ omnia fratribuſ ſimiliſ fieret; Si

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 264 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/csg/0102/264)